



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

§. 21. Adretii Baronis crudelitates.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

Sæcul. XVI. **A.C. 1562.** vinistæ presso pede eum insequentes, sub-
 jectis januæ flammis in ipsam domum
 penetrant, ideo Gondrinus ad tectum
 confugit, indeque data securitatis hinc
 descendit: verum Protestantes illum,
 quem suæ potestati relictum cernebant,
 violata promissi fide misere trucidant,
 ejusque cadaver laqueo suspensum ad
 fenestras prætereuntibus spectandum
 exponunt: idem quoque fatum Bernar-
 dus Boucetus Nobilis Vasco Gondrii
 Ephebus abs dubio subiisset, nisi per
 dium tecta evasisset.

§. XXI.

Baronis Adretii crudelitates.

*Allard. vie
 des Baron.
 des Adrets.
 Brantome
 dans l'Éloge
 de Montluc.*

Hic idem Adretius Baro, alias Fran-
 ciscus Bellomontius dictus, erat no-
 bilis Delphinus, vir quidem animo in-
 trepidus, sed indole ferox, qui toto hoc
 bello non nisi crudelitatibus inclarefecit
 bat, vindictæ stimulis agitatus, eo quod
 eo neglecto Guisus Dux Pecquinius
 in Senatu protexisset, hinc de hoc Ducis
 ultionem sumpturus hoc anno salu-
 tis nostræ millesimo quingentesimo ter-
 xagesimo secundo Hugonottarum par-
 tibus accesserat: quinimo ipsamet Re-
 gina Franciæ Regis Mater, prout ejus
 vitæ Historicus testatur, datis literis e-
 dem præceperat, ut iis, quibuscunque
 demum posset, mediis Guisii Ducis au-
 tori-

storitatem in Delphinatu, cui Dux præ- **Sæcul. XVI.**
 erat, everteret. Hæc Reginæ manda- **A. C. 1562.**
 ta Adretius utpote ultionis cupidissi-
 mus cum summa animi sui lætitia ex-
 ceperat, moxque contractis circiter o-
 cto Vasconum millibus, Valentiam in
 Delphinatu dolo cepit, postea vero Vien-
 nam, pluresque alias viciniore urbes,
 imo etiam Gratianopolin occupavit,
 paulo post autem Lugdunum conspi-
 rantibus Calvinistis, qui ibidem potentia,
 ac numero prævalebant, rebellibus
 suis armis subegit: unde continuata ra-
 bie Lugdunensem agrum, Foresiam, Vi-
 varium, Averniam, Provinciam, & Oc-
 cidaniam emensus cuncta ferro, flama-
 que miscebat, everfisque Ecclesiis, nec-
 non ablatis sacris vasis Missæ Sacrifi-
 cium abrogabat, cunctosque populos
 Calvinistarum declamationes adire jus-
 sit, imo ipsos etiam Gratianopolitani
 Senatus Patres horum sermonibus in-
 teresse vi compulit, eosque veluti in
 victoriæ suæ trophæum secum conduxit.
 Postea in Comitatum irrumpens oc-
 cupato Sancti Spiritus ponte Gratiano-
 polin reversus hanc urbem, quam Ca-
 tholici recuperaverant, denuo iuxæ po-
 testati subjecit.

Minime dubium est, quod hic Vir
 odio plusquam vatiniano in Catholi-
 cos exarserit, tamque vehementi furo-
 ris

Sæcul. XVI ris æstu contra eos accensus fuerit, ut
A.C. 1562. non tantum ex Catholicis innumeros
 trucidaret, sed etiam suis filiis præci-
 peret, quatenus in illorum, qui inno-
 xiæ sui furoris victimæ cadebant, sangui-
 ne velut balneo uterentur, ut hac ratione
 & ipsi sensim iisdem Patris sui crude-
 litatibus assuescerent: quapropter Ca-
 tholici ipsum non tanquam æqui belli
 hostem, sed potius veluti truculentum
 illorum carnificem abominabantur; quip-
 pe in summis habebat delitiis, si nova
 inveniret suppliciorum genera, quibus
 Catholicos bello captos crudelem in
 modum trucidare posset, cujus recentis
 sævitæ specimen dederat, dum Mont-
 brisonii in Forresiano agro ex præalta
 turri, necnon Mornasii ad Rhodanum
 ex rupibus centum viginti partim mili-
 tes, partim Nobiles, necnon ducentos
 alios homines præcipites agi iusserat,
 ita, ut ejus milites, qui ad hujus turris,
 ac rupium ima subsistebant, hosce mi-
 seros hastarum, ac sarissarum acumini-
 bus sub inconditis clamoribus, ac sibilis
 exciperent, cui spectaculo ipse etiam
 præsens summum gaudium prælese-
 rebat, demum Nemorsius Dux cum
 hunc Tyrannum gemina clade affe-
 cisset, eumque suis infensum intel-
 ligeret, frequens cum illo colloquium
 habuit, ejusque fidem suis affectis su-
 spectam

spectam reddidit; unde ab eis quoque ^{Sæcul. XVI.}
Lugdunensis agri imperio exutus, illo- ^{A.C. 1562.}
que Subisus donatus fuit.

§. XXII.

*Calvinistarum molimina contra To-
losanos & Burdigalenses
detecta.*

Pariter Calvinistæ in Occidania Tolo- ^{Thuan. J. 32.}
sam, necnon in Aquitania Burdiga- ^{n. 7.}
lam invadere moliebantur: cum ergo
Rex generosorum Belliducum opera in-
digeret, Montluco perscripsit, ut acce-
ptis regiis mandatis quantocius adef-
set, ac Thermi Marescalli, necnon suas
Cataphractorum centurias secum ad-
duceret: cum autem Montlucus sese
itineri accingeret, hujus Provinciæ No-
biles, ne ipse hæreticorum furori, ac
incolentiæ exponeretur, veriti, illum
toto studio detinere satagebant, Regi-
que perscribebant rationes, ob quas ejus
mandata exequi præpedirentur, quini-
mo illorum cunctatio Religioni sat
commoda accidit; exinde enim clande-
stina detegebantur consilia Hugonotta-
rum, qui Tolosam, & Burdigalam inva-
dere moliebantur, sique utramque ur-
bem felicibus armis occupassent, abs
dubio universam Aquitaniam, atque
Occidaniam sibi subjecissent: quippe
jamjam Tolosam ingredi parabant, cum
Mont-